

“cet, Amen dico vobis, quod fecistis uni ex hisce fratribus meis mi-
“nimis, mihi fecistis, venite igitur benedicti Patris mei, & heredita-
“te regnum vobis paratum ante constitutionem mundi. Hi sunt a-
“mici, & hic est modus recipiendi in æterna tabernacula. Quisq; er-
“go det operam, ut multos sibi amicos paret, qui olim sint testes pi-
“etatis. Est revera magnum fœnus, si quis pro terrenis bonis conse-
“quatur cœlestia, si pro libra luti recipiat cœlū pōdo auri. Certè tales
“pro caducis bonis recipiunt æternum thesaurum in cœlis, suosq;
“censūs ita adaugent, ut redditus sibi parent perpetuos.

Nos hosce *Nostros* bona cum pace & voto dimittimus, verba à
Moysē in Devteronomio (19) concepta mutuò sumentes, *Benedic
Domine Deus virtutē eorum, & opera eorum Tibi complaceant, transfige
lumbos inimicorum in eos insurgentium, &, qui odio eos prosequuntur,
ne surgant aut prosperentur.* Fiat! *Vos* verò, Patroni Scholæ nostræ fa-
ventissimi atq; munifici, præsentia*Veſtra* gratiam facite quocunq;
studio demerituris.

PP. Budissæ sub finem Septembriſ anni CIC CIC LIII.
(19) cap. XXXIII, ii.

